



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia xiiij. Lucæ xxij. Vos estis qui permansistis mecum &c. xxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

apud Marcum: cui cum Christus diceret, Si potes credi, omnia possibilia sunt credenti: continuo exclamans con lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuna incredulitatem meam.

Mar. 9.

SENTENTIA XIII. Ioannis 12.

Ego Lux in mundū veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.

PARACLESIS.

Si quis fuit in tenebris, non permaneat in eis, inquit Christus: sed errorem emendet, culpam corrigat, custodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris. Sed cum dixi supra, Quoniam qui in me credit, non iudicatur: & hac custodio. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluetur mundus per me. Libenter ignosco, prompte indulgeo, misericordiam malo quam sacrificium: quia per sacrificium iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non veni vocare iustos: sed peccatores. In lege sacrificium: in Evangelio misericordia. Lex per Moysen data est: per me gratia.

CAPVT

XXXII.

Ambros. de
Pœnit. lib. 1.
cap. 11.
Ezech. 33.
Ioan. 3.
Matt. 9.

Ioan. 1.

SENTENTIA XIIIII. Lucæ 22.

Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

PARACLESIS.

Opportet omnes pios conformes fieri imaginis Filij Dei, & ita accipere regnum, sicut eius Filius id accepit.

CAPVT

XXXIII.

Rom. 8.

P 4

accepit.

accepit. Disposuit autē aternus Pater Filio suo regnum, ut per crucem in gloriam suam intraret. Luca XXI. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Sic oportet omnes Christianos prius crucem ferre, & deinde intrare in gloriam Dei. Nam qui non accipit crucem suam & Christum sequitur, non est ei dignus. Et Apostolus Paulus ait: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Disposuit autem sibi Christo D. N. regnum: primum in stabulis & praesepio: per exilium in Aegyptum: per peregrinationes, & tantam pauperitatem, ut non habeat ubi caput reclinet: per conuicia & calumnias: per coronam spineam: per vulnera, denique per ignominiosissimam mortem crucis. Eius nos oportet insequi vestigia. Sicut ergo Pater, inquit, per tribulationes, labores & arduas disposuit mihi regnum: ita & ego vobis. Sed qui abunde compensabo. Neque enim simpliciter dispo vobis regnum, sed regni mei plenum perfectumq. conseruium: nimirum ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: hoc est, cunctis vitæ futurae delitiis in summa gloria mecum pariter fruamini.

SENTENTIA XV. Ioannis 14.

Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

PARACLESIS.

CAPVT
XXXIII.
Cor. I. anse
quj.

Exigit D. N. Iesus Christus, cum fide in Deum, etiam fidem in se: tum ut suis promissionibus fidem habeant, tanquam eius qui mentiri nequit: tum ut fiduciam suam in ipso, tanquam in Deo collocent: qua fiducia & fide omnem facile animi perturbationem, omniaq. mala superare possent, & participes fieri promissionum